



# **Positiones juridicae inaugurales de arbitris et iudicibus**

<https://hdl.handle.net/1874/343241>

2

POSITIONES JURIDICÆ  
INAUGURALES,  
DE  
ARBITRIS  
ET JUDICIBUS,

QUAS

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex auctoritate Magnifici Rectoris,*

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, atque in inçlyta ejusdem Academiâ  
Medicinæ Anatomæ & Botanices Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu & Nobilissima  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus, &

Privilegiis ritè consequendis,

*Eruditorum examini subjcit*

PETRUS DE LA COURT vander VOORT, Lugd. Batav.

*A. d. 26. Martii horâ locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi Ordinarii, M. DC. LXXXV.

*Clarissimis Spectatissimisque VIRIS*

D. P E T R O D E  
L A C O U R T,  
Patri, in æternum  
omni filiali amore &  
obsequio colendo,

D. G U I L J E L M O  
B A C K E R,  
Affini carissimo.

*Hanc Disputationem Inauguralem*

D. D. D.

PETRUS de la COURT vander VOORT.

AUCTOR.



POSITIONES JURIDICÆ  
INAUGURALES  
DE  
ARBITRIS  
ET JUDICIBUS.

T H E S I S I.



I Arbitrarius corruptus sit,  
ut male pronunciet,  
non cogitur senten-  
tiam dicere, l. 9. §. 3.  
*ff. de recept.*

A 2

Si

## I I.

Si sic fuit in arbitrum compromif-  
fum ut certam sententiam dicat, nul-  
lum est ejus arbitrium. *l. 19. ff. de re-  
cept.*

## I I I.

Arbiter non potest sententiam di-  
cere de causa libertatis, quia favor  
libertatis majorem judicem requirit.  
*l. 32. §. 7. ff. de recept.*

## I V.

Filius potest esse Arbiter & judex  
in causa Patris. *l. 6. ff. eod. tit.*

## V.

An nudo pacto possit fieri com-  
promissum inter ituros ad arbitrum?  
Aff. *l. 11. §. 3. ff. de recept.*

An

VI.

An ab arbitri sententia detur appellatio? Neg. *l. 27. §. 2. ff. eod. tit.* Neque obstat *l. 23. ff. de appellat.* neque *lex 9. ff. qui satisfd.*

VII.

Ex sententia arbitri non datur actio rei judicatae. *l. 1. C. de recept.*

VIII.

Arbiter electus ad pretium definiendum in emtione, vel simili negotio, si enorme pretium statuit, debet id corrigi boni viri arbitrio. *l. 76. ff. pro soc.*

IX.

Cœcus potest esse iudex. *l. 6. ff. de judic.*

X.

Dare possunt judicem pedaneum  
Magistratus quidam propter vim im-  
perii, alii ex speciali legis privilegio.  
*l. 12. ff. de judic. §. 1.*

X I.

Quod post litem contestatam de-  
beri incepit, id in novo judicio &  
novo libello petendum est. *l. 23. ff. de  
judic. l. 35. ff. eod.*

X I I.

An in filium familias detur actio ex  
contractu vel delicto? Aff. *l. 57. ff.  
eod.*

X I I I.

Actor sequitur forum rei. *l. 2. C. de  
jurisd.*

Extra

XIV.

Extra territorium nemo potest jurisdictionem exercere. *l. ult. ff. de jurisdictione.*

XV.

Judex pedaneus non habet potestatem ad sententiæ executionem. *l. 15. ff. de re Judic.*

XVI.

Si unus judex condemnat in 5. alter in 10. tertius in 15. sequenda est minima summa *l. 38. §. 1. ff. de re jud.*

XVII.

Tres dati sunt iudices, vel quatuor, quæritur an uno absente valeat sententia cæterorum præsentium?



tium? Neg. *l. 39. ff. de re judic.* quia unus ille absens potuisset majori rationum pondere forsan trahere reliquos in suam sententiam si præsens fuisset.

## XVIII.

Judex ad factum præcise cogere potest neminem, liberatur enim condemnatus solvendo id quod interest. *l. 13. §. 1. ff. de re jud.*

## XIX.

Mulier judicis officio fungi nequit. *l. 2. ff. de reg. jur.*

## XX.

Minor 25. annis potest esse judex. *l. 57. ff. de re jud.*

F I N I S.